

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Friderich Lyncker

**An onus probandi semper incumbat ei, qui servitutem vindicat? : Dissertatio  
Inauguralis**

Rostochii: Typis Adlerianis, MDCCCXXXVIII


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1006684662>


Druck    Freier  Zugang




OCR-Volltext

RU jurist. 1838  
Lyncker, Christ. Frid.







An onus probandi semper incumbat ei, qui  
servitutem vindicat?

## DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

PRO GRADU ATQUE HONORE DOCTORIS UTRIUSQUE IURIS  
RITE OBTINENDO

FACULTATI TURIDICAE ROSTOCHIENSI

O B T U L I T

CHRISTIANUS FRIDERICUS LYNCKER,

CAUSARUM PATRONUS BRUNSVICENSES.

---

ROSTOCHII  
TYPIS ADLERIANIS.  
MDCCXXXVIII.

1838

in Indumentis quibus libatores vesti  
Siculorum monachorum

## LIBRI ET LIBELLUS OPERUM VARIORUM



LIBRARIUS PETROGRADENSIS

LIBRARIUS PETROGRADENSIS

LIBRARIUS PETROGRADENSIS

LIBRARIUS PETROGRADENSIS

LIBRARIUS PETROGRADENSIS

Brevis iugis ut Gerardi sive Verani<sup>1)</sup> novissimum lexicon videlicet  
omnium opinionum definitiones dum sciamenitatem extinxerit. Quia  
cum plerumque definitionem quae mihi pcepti<sup>2)</sup> Prosesio<sup>3)</sup> dicitur  
Nepos<sup>4)</sup> et Augustinus de omnibus non technique legi preambulacione<sup>5)</sup> dico  
ut locutus prohunc est non solum in his sibi comprehendere sed etiam bases  
suum iure publico possunt esse probatoe tamen bello unde deducitur  
totius insuperatione

»An indistincte onus probandi incumbat illi qui servitum,  
ait, sibi deberi?«

Permulti, sane, jureconsultorum, praesertim, quos nostra tuit aetas, in  
utramque partem acriter contenderunt, usque dum tandem fere inter omnes  
de affirmanda illa quaestione constiterit.

Glück, Pandecten-Commentar, Th. 10, §. 687.

Unus tantum e celeberrimis nostrae aetatis jureconsultis vir e ceteris emi-  
nens, Thibaut<sup>6)</sup> hodieque se adversarium praestitit communi opinioni in Pan-  
dect. Sistem. §. 625, edit. 6<sup>ta</sup>, ita autem, ut non peculiariter s. ex indus-  
tria de hac fere desperatissima quaestione disseruerit, id quod valde dolen-  
dum est.

Tibi, magne vir seculi, quem in jurisprudentiae penetralia me intro-  
duxisse laetitiis exsulto, has primitias offero et dedico; tantillum utinam elo-  
quentiae Tuae omnia devincentis, precor, mihi impertiatur, ne nimis vile  
appareat hoc reverentiae amorisque, quo te amplector, munusculum. — —

Hufelandi, Glückii, Klötzri etc. supra-dictam quaestionem utique affir-  
mantum rationes, quas Borstium in libello, qui inscriptus est: „Von der  
Beweislast,” satis superque refutasse censeo, hic denuo perlustrare, plane  
supervacaneum mihi videtur.

Restat igitur, ut *Borstii* atque *Esseri*<sup>1)</sup> novissimorum praxeos atque communis opinionis defensorum rationes quam accuratissime excutiam. Quam brevem delineationem dare mihi licebit: „*Possessio*, qua nituntur „*Weber*, *Thibaut* etc., omnino non producit juris praesumtionem<sup>2)</sup>; nam „si revera produceretur, non solum jus sibi competere, sed etiam posses- „sorem jure plane destitutum esse, probare teneretur petitor, quae negativa „foret insulsissima.

„*Servitutes autem nil nisi dominii partes sunt*,<sup>3)</sup> ergo negatoria „actio nil nisi particularis vindicatio est. Sicuti vero vindicans se dominum „probare tantum tenetur, nullatenus, adversarium, licet possessione munitum, „non esse dominium, pari ratione negatoria agens dominium tantum fundi, „quem alter autumat servire, demonstrare debet, haud, (ut *Borstii* utar ver- „bis) das Nichtsein des Theilrechts, quod reus possidet. Si *negativa probatio*, „domino incumbens, non affirmativae inesset probationi generali de dominio „competente, non solum contra possessorem, sed etiam contra non-posses- „sorem servitutis probatio peculiaris negativa deduci deberet; saltem enim „non nefas est, alteri deberi servitutem, etiamsi ab actore probatum sit do- „minium. Atqui in promtu est istius rei ineptia et absurditas; eadem ergo, „quae valent quoad non-possidentem servitutis principia, quoad possidentem „vel quasi etiam valent.“

<sup>1)</sup> *Esser*, Kritische Beleuchtung des Römischen Rechts über die Beweislast bei den Servitutenklagen. Trier, bei Lins. 1826.

<sup>2)</sup> Mirabile mihi videtur exemplum, quod offert: *Borst*. p. 113. lib. laud. A besitzt ein Grundstück, B fordert die Herausgabe und beweist, daß er das Grundstück schon als Pächter (?) oder Käufer re. besessen habe, folglich ihm ein Besitzrecht zukomme. Spräche nun eine Vermuthung für den Besitzer, daß auch er gepachtet (?) und gekauft habe re.

Quomodo autem colono possessio civilis actioque realis competere possit hodieque nescio. Parum item quadrat exemplum de emtore sumtum; nam si duobus vendita fuerit res fere indistincte, praefertur is, cui priori res tradita est; l. 9. §. 4. de publ. in rem actione. In omnem eventum igitur, quomodocumque res se habet, probatio, qua actor deduceret, alterum non emisse, hoc casu plane superflua foret.

<sup>3)</sup> Conf. *Esser*, p. 64. 73. 74.

Hactenus *Borstius*<sup>4)</sup>. Quas rationes, eminentem praeferentes veritatis speciem impugnabo. „*Juris praesumtionem non producit possessio*,“ ait *Borstius*; lubentissime adjicio album calculum, attamen ejus opinioni obstans. Possessio est sensu generali quorumlibet iurium exercitium, quatenus in facto consistit (vulgo factische Ausübung von Rechten); objectum esse potest corporeale vel incorporeale, quo casu rectissime, ut *Gajus* noviter repertus approbat, nomine quasi possessionis uti licet.

Pro possesso, sicut omnino pro reo non militat juris praesumtio, quamvis aliud statuat communis opinio. Leges enim nullatenus dicunt: *Quia Mevius possidet, illum dominum esse praesumimus*, sed potius: „*Juris exercitium, in quo versatur Mevius, producit dubitandi rationem, an revera competit dominium petitori Cajo, quod Non liquet nobis constringit manus, usque dum illa dubitandi ratione sublata sit.*“

Sin igitur *Cajus*, dominium sibi competere rei a *Mevio* possessae probaverit, *Mevium* per se apparet, cedere debere, ita ut non praeterea de *Mevii* non-dominio demonstrando agi possit. Sin autem possessor *Mevius* directe contrarium vel dominium sibi competens deduxerit, omnia quidem immutata s. in statu quo remanere debent, cum idem per idem tollatur. Per accidens vero fit, ut possessor qua talis in meliori causa versetur, nequam enim ex juris praesumtione id proficiatur, alias *Senatus-Consultum Macedonianum* quoque in *gratiam filii* familias, utilitatem per accidens ex illo percipientis, factum esse autumare potueris.

Quod principium, si accurate species atque applies, opinionem a *Borstio* defensam prosternat necesse est. Argumentum, quod sumsit de dominio diviso, minus convenit. Directe enim negat dominium petitoris in vindicatione possessor; sin igitur ille id probaverit, eo ipso corruit atque tollitur

<sup>4)</sup> Suo loco *Esseri* argumenta cetera, ut sic dicam, inferioris ordinis, attendere in animo est.

possessoris negatio simulque illa ratio dubitandi legum; cedere igitur tenetur possessor, quantumcunque provocaverit ad condominium vel alia in re sibi competentia jura, in separato tunc deducenda. Romani enim, quamvis non exigerent, ut statim simulque cum litis contestatione omnes exceptiones proferret reus, liti tamen calumniose proletandae adversabantur.

*arg. l. ult. Cod. de compens. conf. cum Nov. 18. c. 10.*  
 „Si quis conventus fuerit, res habere alterius; ille vero dicit, res non esse illius, de quo dicit actor et cogatur, qui actionem infert, — ostendat res illius esse — pro abnegatione circa hoc et actoris laboribus ad actorem transferatur rerum, de quibus est quaestio facta, possessio: licentiam habente eo, qui hanc reddit, si qua jura habeat ex illa persona sibi competentia, haec proponere etc.“

Plane aliter res se habet in negotioria.

Tantum abest, ut actoris negotiorum dominium inficietur reus, ut potius concedere possit sine ullo praejudicio, ita ut dominii probatio *hac ratione* plane supervacanea foret. Quae probatio tantum causae legitimacionem, quam vocant activam, continet, cum domino soli negotiorum agere licet. Attamen principia, quae valent in rei vindicatione, negotoriae quoque accommodari possunt, modo „particularis vindicationis“ nomine abstineatur, quippe quod firmo stabilique sensu substituta via recta seducat.

In pari errore cum *Borstio* versatur *Esser*, qui ait in libellulo supra laudato p. 3.

„Das Eigenthum in seiner Unbeschränktheit genommen, begreift alle dingliche Rechte, die auf eine Sache geltend gemacht werden können, in sich, und läßt, was die Wesenheit angeht, zur Zerstörung seiner selbst durchaus keine Abänderung, dagegen aber, was seinen natürlichen Bestandtheil, z. B. das Nutzungsrecht, betrifft, wohl entgegenstreitende Rechtsverhältnisse zu, welche neben der Wesenheit als Qualität des Eigenthums bestehen dürfen.“

*Confer. p. 64. 73. 74.*

Id quod falsum est, dum uno vel altero dominii jure abstracto dominii notio corrueret; quam dubitationem superaturus definitionem illam temperat *Esser*, ita tamen, ut non sufficiat. Non solum enim utendi fruendi, sed etiam proprietatis jura s. str.:

*Thibaut*, p. S. II, §. 561, circumcidit, immo tolli possunt, haud corruente dominii notione, e. gr. lege vel pacto facultas alienandi in totum vel in tantum tolli potest, ut approbat dominium, quod vocatur utile emphyteutae, superficiarii etc.

*Du Roi*, in speciminibus de jure in re und im Archiv für die civilistische Praxis, VI. Band: »Noch Etwas von der Natur dinglicher Rechte.«

Clarissimae ceterum leges isti opinioni, qua dominium continet jurium realium complexum, obstant:

l. 5, pr. si ususfr. petatur.

Utrum jus sibi esse, solus potest intendere, qui habet usumfructum; dominus autem fundi non potest, quia qui habet proprietatem, utendi fruendi jus separatum non habet; nec enim potest ei suus fundus potest servire.

l. 25. de verb. sign.

„Recte dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam quum ususfructus alienus est, quia ususfructus non dominii pars, sed servitus est, ut via et iter, nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest ulla pars dici alterius esse.“ Lis itaque seu, ut hodie ajunt, objectum litis in negotiorum obveniens non pars rei, sed potius res est per se absoluta incorporalis vel, ut aliis verbis utar, jus est, cuius contrarium seu liberationem actori competere negatur, qui igitur secundum generalia principia onus probandi subire tenetur, cum brocardicon; „probatio incumbit non neganti, sed asserenti,“ quod *Esser* p. 55, mirabile dictu, in partes vocat, pro plane explosa haberi possit:

*Weber*, von der Beweisführung. VI. p. 189.

<sup>5)</sup> Qua hic semper designo illum casum, quo dominus contra servitutis possidentem vel quasi agit.

Glück, Pandecten, 1. cap. 255. 256. mutat houp bl

Cui oneri probandi nullatenus per dominii probationem in re, quae servire autematur (quia id plane extra litem est) satisficerit. Nam dominium et jura in hoc dominio coordinata s. juxta existere possunt, quod non valet de dominio et dominio, quippe quod in totum vel in tantum se tollat:

40. §. 2. de procurat. illot omni libumto  
Cum judicatur, rem meam esse, simul judicatur, illius non esse: q. 1.  
1. 30. §. 1. de except. reijud.

— non, ut in proprietatis quaestione quod meum est; alterius non est, ita in obligatione utique consequens est, ut non sit alii obligatum, quod hic probavit, sibi teneri.

Particularis igitur vindicationis opinio tunc modo rationem habet, cum quis revera dominium alterius sibi sumsit e. gr. duo jugera agri vicini, nam sin hoc casu sufficientem de totius fundi dominio probationem vicinus deduxerit, reus est exmittendus, quoniam illi, cui Totum debetur, etiam partes debentur, nisi si speciatim sibi acquisita esse illa duo jugera demonstraverit. Tantum abest autem, ut consequentia detur de illo ad hunc nostrum casum, ut potius principale inter vindicationem et negotioriam discrimen in eo consistat, quod in illa dominium negat, in hac vero concedit seu sine ullo praejudicio concedere potest possessor. Sed utriusque actionis fines confundit *Borst*. et *Esser* per particularis vindicationis nomen atque mirum est, qui ex isto sibi dicto *vocabulo* ad arbitrium quantumlibet deducere calleant. Plura adhuc loquitur *Esser* pro sustentanda opinione communi, quae tamen inania sunt:

*Esser*, p. 5:  
„Ja, wie konnte man doch eigentlich, ohne den Begriff des Eigenthums mit Füßen zu treten, demselben die Realität der unbedingten Freiheit als wirklich imwohnenden natürlichen Bestandtheil absprechen, und diesen zu einer unseligen Vermuthung herabwürdigen, wenn auf den Moment des Verlustes der Dienstbarkeit auch nur flüchtig hingesehen und die einfache Frage

aufgeworfen worden wäre: welches Verhältniß tritt alsdann ein, wenn die Dienstbarkeit durch den Nichtgebrauch während 10 zu 20 Jahren verloren geht oder aufhört. Constit. 13. de servit. et aqua. Offenbar lebt alsdann die Realität der unbedingten Freiheit wieder auf, gleichwie die Beschränkung der Regel aufhört, wenn die Ausnahme wegfällt, ohne daß von demjenigen, auf dessen Seite die Regel steht, auch nur im Mindesten zu jenem Ende irgend eine positive Handlung nachgewiesen zu werden brauchte. Wäre es nicht die, dem Eigenthum wirklich inwohnende Natur, die eigentlich nicht durch die Dienstbarkeit aufgelöst oder aufgehoben, sondern vielmehr durch den Druck dieser im Schlummer niedergehalten, gleichsam aus dem Schlafe erwacht und von Neuem ihre Schwungkraft äußert?

*Esser, p. 6.*

Gleichwie durch den Beweis des Kaufvertrags die Verbindlichkeit zur Gewährleistung als natürlicher Bestandtheil, als Wirklichkeit, als Realität, eben so ist auch durch den Beweis des Eigenthums die Freiheit als natürlicher Bestandtheil, als Wirklichkeit, als Realität hinreichend dargethan."

Quamvis concedam, nil prodest opinioni communis, quoniam summum assertum momentum rei nostrae possessio vel quasi, quae nec servitute non-usu amissa. nec in emtione venditione appetet: tertium comparationis, ut sic dicam, caret allatis *Esseri* casibus.

Ne publiciana quidem in rem actio prodest *Essero*; non ad rem faciat, (p. 14. sss.) dicta ejus de natura atque indole publicianae disquirere; sufficit hoc: Comparatio publicianae cum negatoria eam ob simplicem causam claudicat, quod publicanam, manifestissimum est, contra posessorem tantum, negotoriam autem contra non-posessorem institui posse, ut omittam, objecta illarum actionum, secundum supra dicta, plane diversa esse. Tandem assert p. 55. l. 5. §. 9. de N. O. N. quae, ut opinatur, mathematice probat, satis atque copiose fundatam esse doctrinam ipsius:

„Et belle Sextus Pedius definit, triplicem esse causam novi operis

„nunciationis aut naturalem aut publicam, aut imposititiam. Naturalem,  
 „cum in nostras aedes quid immittitur, aut aedificatur in nostro. Publicam  
 „causam quotiens leges aut senatus consulta constitutionesque prin-  
 „cipum per operis novi nuntiationem tuentur. Imposititiam, cum quis  
 „posteaquam jus suum diminuerit, alterius auxit: hoc est posteaquam  
 „servitutem fecit. — — —“

Sed rationes tantum N. O. N. describuntur ita ut de onere probandi in servitutum actionibus minime gentium agatur. Defendenda causa istius doctrinae pessima verborum interpretatione utitur p. 56 verbis: Wenn der bloße Besitz offenbar ic. Lex 1. §. 6. de N. O. N. ait quidem: „in operis autem novi nunciatione possessorem adversarium facimus;“ id quod ita interpretandum est: ille petitur, reus est, quoniam quid injuriose fecit. Tantum abest enim ut actus, quem turbativum dicant, nuntiati possessionem justam veramque constituat, ut potius O. N. N. ad nuntiantis possessionem tuendam pertineat.

*Thibaut, p. S. §. 322.*

Nuntiatus igitur fere semper de jure suo docere tenetur, quamvis sensu supradicto possessor, i. e. der richtige Beklagte, vocari possit; hic modo ab onere probandi liber est, sin, quamvis dixerit, sibi jus vel servitutem deberi, alter non defenderit, i. e. contradixerit, quia hoc casu ille *non clam*, i. e. legitime possessionem acquisivit.

*c. l. 15. de O. N. N.*

Haec analogia inserviat porro fundandae meae intentioni; Ad totam defuneti substantiam pertinere jus heredis manifestum est, ita ut, hereditatis petitione instituta, si heredem se esse probaverit, eo ipso constet de jure in singulas substantiae s. familiae res, *modo illum heredem esse denegaverit reus*; alias hereditatis petitione nequaquam, sed potius ordinariis actionibus realibus agere ei licet.

*c. l. 7. C. de petit. hered.*

„Hereditatis petitionem quae adversus pro herede vel pro possessore  
„possidentes exerceri potest etc.“

et in fine:

„a caeteris autem tantum specialibus in rem actionibus vindicare ma-  
„nifestum est.“

Eadem ratione erga se invicem referuntur vindicatio et negatoria: sicuti quis probando, se heredem esse, nil proficit contra illum, qui id non negat, pari ratione negatoria agenti non conductit generalis dominii probatio in re, quae servire autumatur. Omni vi formaque, equidem puto, destitui negatoria per opinionem communem, ita ut nesciam, quem in finem Romanorum Juris Consulti inane tantum atque vile actionis nomen, quo vindicatio revera obtenditur, produxerint. —

Ratio ultima a *Borstio* pro se allegata, §. 92. libri laud., mirabile mihi videtur caduca, cum, si in istis, qui ait sibi deberi servitutem, non in possessione vel quasi versetur, legibus nullatenus sit ratio dubitandi, quae sola possessori per accidens prodest. Posessione *non* accedente exigit ille, ut jura hactenus a se *non* possessa nunc in se transferantur, cuius petiti causam necesse est afferat. Sin autem in possessione vel quasi versetur, directe contrarium habet locum, i. e. tuiturus est tantum jura hactenus quiete possessa. Quam parum igitur conclusio a non-possessore ad possessorem conveniat, dialectices regulis per se apparet. — Sine inconstantia ergo ne in negatoria quidem ab his principiis digredi potuerunt leges, quoniamque ab ipsis non digressurae fuerunt, haud ex professo agunt de onere probandi in negatoria actione. Nihilominus, ut arbitror, leges haud obscure approbare videntur sententiam hic defensam. Nam casu sane gravissimo i. e. eo, quo de hominis libertate agitur, quo leges fortasse a stricti juris principiis discedere potuerint, non disceserunt.

I. 7. §. ult. de liber causa.

„Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet:

„si vero ex libertate in servitatem petitur, is partes actoris sustinet,  
„qui servum suum dicit etc.“

et in legis c. calce phrasis:

„petitoris s. actoris partes sustinere“

explicatur per: onus probandi subire, ut in lege 15. de O. N. N.

Quo casu, puto, praesumptionem pro libertate magis convenire juri gentium, quam si de fundis sermo est, praesertim, dum nemo qua servus nasceritur, sed omnis cum libertate, tanquam cum bono haud alienando, ex utero prodit ad lumen.

§. 2. J. de jure person.

„Servitus est constitutio juris gentium, quaquis dominio alieno *contra naturam* subjicitur.“

Quae principia mihi licebit ad hanc nostram quaestionem applicare. Sicuti, si quis generaliter probaverit dominium, illimitatum et plenum id prae sumitur (secundum communem opinionem,) usque dum contrarium ab altero deductum fuerit, simili ratione, si constet de natalitiis alicujus, i. e. de tempore, quo quis tanquam ens liberum (freies Wesen) ex naturae sinu prodiiit, illius libertas prae sumi debuerit, usque dum evidenter contrarium sit probatum. Revera servitutem apud antiquioris aevi gentes alicui innasci posse, nil ad rem facit, cum procul ullo dubio lex 7. c. generaliter concepta ei quoque easui applicari debeat, quoquis tanquam liber s. ingenuus natus *postea* in servitutem detrudebatur. Principium igitur in exordio hujus disceptationis deductum in l. 7. c. summa cum constantia, etiamsi haud sine duritate applicatur; generalem regulam ergo ex l. 7. c. optimo jure arbitror construi posse, nec Logica nec Justitia tali conclusioni a majore ad minus refraganibus.

Simili ratione, ut *Thomasius* in diss. de onere prob. in actione negotioria §. 31. und *Hufeland* in den Beiträgen zur Berichtigung und Erweiterung

der positiven Rechtswissenschaft, IV. 10. S. 72. hanc legem removere studet *Esser*, p. 60. ss.

Servum pro re declarat distinguitque inter servitutis et servi possessionem et omnia rite composita esse opinatur; aptissimum igitur illi videtur, servitutis possessione accidente actorem, i. e. eum qui ad libertatem proclamat, libertatis probationem afferre teneri; adeo quatuor casus legis fingit p. 62, qui rectissimi sunt. Videre autem non vult, id verbotenus quoque ad actiones servitutum in fundis obvenientium esse referendum. Sicuti *Titius*, qui hactenus qua servus se gessit, si in libertatem proclamat, libertatem *sui*, etiamsi momenti tantum, ita dominus fundi, intuitu cuius quis servitutem hactenus exercuit, libertatem *fundi* docere debet. Sim id factum est, alter libertatem amissam seu servitutem rite sibi acquisitam esse probare tenetur, cum, ut supra dixi, non praesumtio pro jure ex possessione nascatur.

Ex abundanti vero accedit, quod fere iisdem verbis disquirit *Ulpianus* de onere probandi in negotioria locum habente:

1. 8. §. 3. si servitus vind.

„Si quaeritur, quis possessoris, quis petitoris partes sustineat, sciendum est, possessoris partes sustinere, si quidem tigna immissa sint, eum, qui servitutem sibi deberi ait, si vero non sint immissa, isqui negat.“ — — —

Quod nonnulli allegant, singulare esse quoad servitutem tigni immittendi et qua tale omnem respuere extensionem, nullo modo autem reputantes, maximam eamque gravissimam Justiniane juris partem casuum singulorum in vita quotidiana obvenientium decisionibus constare, ex quibus, Justiniano volente, generales deducantur regulae — nullatenus porro reputantes, Romanorum Jureconsultos se fere totos dare vitae quotidianaee eamque ob causam exemplum quasi vivum subjungere solere regulae jejunaee, ne male praeponereque accipiatur. Fieri quidem potest, ut singuli casus obvii decisionem egredi non debeas, nec consequentia detur ad alios similes casus, modo pe-

culiaris casus obvii notio tali decisioni praebuerit ansam. Sin autem id non locum habet, nullatenus decidendi rationem ad unum casum obvium restringere nobis licet; alias singulares tantum decisiones nec juris doctrinam vel systema haberemus.

Quae omnia dicta quidem approbavit certus quidam Juris antecessor, quocum mihi conversandi disputandique facultas in Academia obtigerat, sed alia ratione, ut *Esser* p. 47, l. 8. c. cum opinione communi conciliare studebat. De eo tantum agi, ajebat, in illa lege, quis possessoris et quis petitoris partes sustineat *nec ultra*, plane tacere legem de onere probandi in negotoria vel confessoria: frustra illi opponebam legem 7. de liber. causa et leg. 15. de O. N. N. i. f. quibus clarissime illi termini quadammodo technici explicitur, quorum vim semel declarari sufficiat.

Nil ad rem facit causa duplex actionum ex servitutibus proficiscentium, qua actor atque possessor idem esse potest, cum secundum clarissima legis 8. c. verba non casus, quibus agi possit, sed casus, qui in concreto consistunt, proponantur, quibus principia generalia simplicissime applicat *Ulpianus*: Certus quidam queritur, vicinum persequi servitutem tigni immittendi consiliumque petit ab *Ulpiano*. Qui, ipso usu perdoctus, ut omnes Romanorum jure-consulti, maxime ad onus probandi, gravissimam litium partem, advertens animum distinctiones profert, quas lex c. continet. Approbato contra isto interpretandi modo, quem *Esser* sequitur, inania discutit lex; deficit plane causa disquisitionis illius accuratae, si non rationem habeas oneris probandi. Ista sententia mihi referre videtur aliam nonnullorum *JCtorum*, *Justinianum* quidem concedentium legem ult. de adopt. sanxisse, ne patria potestas sequatur adoptionem ab extraneo factam, attamen opinantium, unitatem personae inter adoptantem et adoptatum, jus acquirendi per adoptatum etc. non esse sublata, quia lex ult. c. C. nullatenus de iis loquatur. Quae sententia vix bene refutetur necesse est; nam regula constituta vel sublata eo ipso omnia, quae ex illa consequuntur, pro respective constitutis vel sublatis ha-

beri debent. Similiter hunc vel illum dicens possessoris vices sustinere, eo ipso omnes praerogativas, quibus vulgo fruitur possessor s. reus, illi concedo.

Sententiae nostrae prima specie obstare videtur

l. 3. §. 13. de itin. actuale privato.

„Qui hoc interdicto utitur, duas res debet docere et hoc annum se usum et ei servitutem competere.“

Quae verba, si sola spectes, haud comparatione cum antecedentibus vel subsequentibus facta, momenti non levis sint, attamen lex favet opinioni nostrae, dummodo verba supra-citatis cohaerentia accurate spectes, secundum illud *Celsi* dictum in

l. 24. de L.L.

„Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere.“

*Ulpianus* enim prius dicit:

„Iter actumque refecturus jure quoque reficiendi gaudeat necesse est.

„Atqui jure reficiendi gaudet is solus, cui revera competit servitus.“

*Ergo* de jure servitutis iter actumve refecturus docere debet. Sin autem, addit *Ulp.*, in solo servitutis exercitio acquiescere velit, non jus, sed solam possessionem vel quasi servitutis demonstrare tenetur.

l. 3. c.


„Qui enim vult ire agere tantisper quoad de servitute constet, non de jure suo docere. Quid enim perdit, qui eum patitur hoc facere, qui hoc anno fecit? Enim vero, qui vult reficere, aliquid Novi facit, neque ei debet in alieno permitti id moliri, nisi vere habet servitutem.“


Eo igitur casu, cum exegerim, ut aliquid fiat, quod hactenus non factum est (*Novum*) onere probandi s. docendi de jure mihi competente gravabor et quid est, quod magis conveniat naturali rationi? Quam ab causam, puto, non jus cum illis esse, legem 3. c. tanquam singularem quoad servitutem itineris allegantibus, e. gr. *Thibaut*, §. 624. Ratio decidendi, qua-


utitur *Ulpianus*, minime gentium tanquam singularis se exserit, sed potius omnino principiis generalibus congruit. Sane itaque e contrario remissio illius probationis singularis esset, quae tamen ob favorem specialem et utilitatem publicam in servitute aquaeductū rivum refecturo datur.


1. 4. de rivis.

Adminiculo haud contemnendo est sententiae hōc libellulo propugnatae lex 3. cit.









aufgeworfen worden wäre: welches Verhältniß tritt alsdann ein, wenn die Dienstbarkeit durch den Nichtgebrauch während 10 zu 20 Jahren verloren geht oder aufhört. Constit. 13. de servit. et aqua. Offenbar lebt als dann die Realität der unbedingten Freiheit wieder auf, gleichwie die Beschränkung der Regel aufhört, wenn die Ausnahme wegfällt, ohne daß vor demjenigen, auf dessen Seite die Regel steht, auch nur im Mindesten zu jenem Ende irgend eine positive Handlung nachgewiesen zu werden brauchte. Wäre es nicht die, dem Eigenthum wirklich inwohnende Natur, die eigentlich nicht durch die Dienstbarkeit aufgelöst oder aufgehoben, sondern vielmehr durch den Druck dieser im Schlummer niedergehalten, gleichsam aus dem Schlafe erwacht und von Neuem ihre Schwungkraft äußert?

Esser, p. 6.

Gleichwie durch den Beweis des Kaufvertrags die Verbindlichkeit zur Gewährleistung als natürlicher Bestandtheil, als Wirklichkeit, als Realität, eben so ist auch durch den Beweis des Eigenthums die Freiheit als natürlicher Bestandtheil, als Wirklichkeit, als Realität hinreichend dargethan."

Quamvis concedam, nil prodest opinioni communi, quoniam summum affert momentum rei nostrae possessio vel quasi, quae nec servitute non-usu amissa nec in emtione venditione appetet: tertium comparationis, ut sic dicam, caret allatis *Esseri* casibus.

Ne publicana quidem in rem actio prodest *Essero*; non ad rem faciat, (p. 14. sss.) dicta ejus de natura atque indole publicanae disquirere; sufficit hoc: Comparatio publicanae cum negatoria eam ob simplicem causam claudicat, quod publicanam, manifestissimum est, contra posessorem tantum, negotioriam autem contra non-posessorem institui posse, ut omittam, objecta illarum actionum, secundum supra dicta, plane diversa esse. Tandem affert p. 55. l. 5. §. 9. de N. O. N. quae, ut opinatur, mathematice probat, satis atque copiose fundatam esse doctrinam ipsius:

„Et belle Sextus Pedius definit, triplicem esse causam novi operis

